

Ad circumspēctos, atq̄ probatē fidei viros Nicolaum
 & Andream Salomones ciues cracouieñ, de armis
 ob virtutē maioribus suis concessis, quibus
 & ipsi merito gaudent Carmen Vides
 richi Fabri Rheti.


OMnibus vna licet generis sit origo, scelestā &
 Degener vt nemo, quem nisi vita facit.
 Si inspicimus nostrē fragilis primordia vitę,
 Est genitor cunctis vnus, & vna parens,
 Sed tamen in primis refert quo sanguine cretus
 Quilibet, ac proprium nunc genus vnde trahat,
 Pulchra suis virtus veniens, meritisq̄ parentum
 Efficit ingenuum, & clarior ortus aui.
 Quem penes est virtus nemo hoc generosior illo,
 Hec hominum terris tollit ad āstra genus.
 Re sine/ qui falsos numerat, seu nomine tantum/
 Ipse nullus, titulos, nil prope laudis habet,
 Nil quasi laudis habet, nomen sed iactat inane
 Degenerans, vicia & detegit vsq̄ sua.
 Bellica quem virtus ornat, quem splendor auitę
 Stirpis, & ingenium, cum prōbitate simul.
 Qui foris, atq̄ intus, factis, animoq̄ relucet,
 Hic titulum verę nobilitatis habet.
 Marius, & Cęsar, Magnus, Sic Scipio, Cocles,
 Sic Fabij gestis enituere suis,
 Sic quoq̄ de nitido Salomonū stemmate nati
 Nobilium proceres commeruere decus,
 Splendida Sarmatię gererent insignia gentis,
 Hęc sunt virtutis prēmia certa suę.
 Arma togę bene conueniunt, Martiq̄ cruento,
 Tempore sunt omni fortibus apta viris.


En ales niue candidior, phœboq̄ dicata,
 Flebilibus numeris quę sua fata canit,
 Belliger hinc nigro sonipes stat tegmine cinctus,
 Qua sinit instructos scandere sæpe viros.
 Cernimus & galeam cristis, treisq̄ ere nitentes
 Hastas, diuersum quodlibet vnde notat.
 Candorem tibi signat olor, mentemq̄ pudicam,
 Hastę animos fortes, munera Martis equus.





506 - 5.19







Aulularia plau-
tina Comoediarū lepidissi-

ma, quæ, etsi alias incōpleta, a Codro
Virco tamen est perfecta.

Joannis Arnoldi Bergellani ad
Lectorem Sapphicon.

Occupat tellus nitidos Pyronos,
Aureos claudit gremioq; fructus,
Quos petūt cuncti iuuenes, senesq;
Mente sagaci.

Nobilis nullis datur at lapilli
Copia, ut cistas onerent auaras,
Ni frequens adsit studium, laborq;
Pectoris ingens.

Sicopes Plautus salibus, iocisque
Condit hoc Aulæ lepido libello,
Quas capit nemo, nisi qui legendo
Otia tollit.

Vipsiæ: apud Melchiorē Lottherū
Anno dñi. M. D. XXXI.

ARGVMENTVM.

Enex auarus uix sibi credens **Euclio**

f **Domí** suæ defossam cum multis opibus
Aulam inuenit, rursumq; penitus conditam,

Exanguis, amens seruat, eius filiam

Lyconides uiciarat, interea senex

Megadorus a sorore suafus ducere

Vxorem, auari gnatam deposcit sibi.

Durus senex uix promittit, atque aulæ timens

Domo sublatam uariis abstrudit locis.

Insidias seruos facit huius **Lyconidis**

Qui uirginem uiciarat, atque is obsecrat

Auunculum **Megadorum** sibi met credere

Vxorem amanti, per dolum mox **Euclio**

Quum perdidisset aulam, insperato inuenit.

Lætusq; natam collocat **Lyconidi**.

ARGVMENTVM.

Vlam repertam auri plenam domi **Euclio**

a **Vi** summa seruat, miseris adfectus modis.

Lyconides istius uiciarat filiam,

Volt hanc **Megadorus** indotatam ducere,

Lubensq; ut faciat, dat coquos cum obsonio,

Auro formidat **Euclio**, abstrudit foris.

Re clam omni inspecta compressoris seruulus

Id surripit, illic **Euclioni** rem refert,



PROLOGVS.

Ab eo donatur auro, uxore & filia.

PROLOGVS. LAR FAMILIARIS.

Equis miretur qui sim paucis eloquar.

n Ego Lar sum familiaris ex hac familia,

Vnde & euntem me aspexistis, hanc domum

Iam multos annos est quum possideo, & colo,

Patri auoque amicus huius, qui nunc hic habet,

Sed mihi auus huius obsecrans concredidit

Thesaurum auri quem clam omnis, in medio foco

Defodit, uenerans me, ut eum seruarem sibi,

Is quando moritur, ita auido ingenio fuit,

Nunquam indicare id filio uoluit suo,

Inopemq; optauit potius eum relinquere,

Quam eum thesaurum cōmonstraret filio.

Agri reliquit illi non magnum modum,

Quo cum labore magno, & misere uiueret.

Vbi is obiit mortem, qui mihi id aurum credidit,

Cœpi obseruare, ecquid maiorem filius

Mihi honorem haberet, quam eius habuisset pater.

Atque ille uero minus minusq; impendio

Curare, minusq; me impartire honoribus.

Item a me contra factum est, nam item obiit diem.

Is ex se hunc reliquit, qui hic nunc habitat filium

Pariter moratum, ut pater, auusq; huius fuit,

PROLOGVS.

Huic filia una est, ea mihi quotidie
Aut thure, aut uino, aut aliquo semper supplicat.
Dat mihi coronas: eius honoris gratia
Feci thesaurum ut hic reperiret Euclio,
Quo eam facilius nuptum si uellet, daret,
Nam compressit eam de summo adolescens loco.
Is scit adolescens quæ sit, quam compresserit.
Illa illum nescit, neque compressam autem pater,
Eam, ego hodie faciam, ut hic senex de proximo
Sibi uxorem poscat, id ea faciam gratia,
Quo ille eam facilius ducat, qui compresserat.
Et hic qui poscet eam sibi uxorem senex.
Is adolescentis illius est auunculus,
Qui illam stuprauit noctu Cereris uigiliis.
Sed hic senex iam clamat intus, ut solet.
Anum foras extrudit, ne sit conscia.
Credo aurum inspicere uolt, ne surreptum fiet.

SENEX EVCLIO. STAPHYLA ANVS.

Xi inquam, age exi, exeundum hercle tibi hinc est foras

e Circûspectatrix cum oculis emissistiis.

ST. Nam cur me miserâ uerberas: EV. ut tu misera sis,

Atque ut te dignâ mala malam ætatem exigas,

ST. Nam qua nunc causa me extrusisti ex ædibus:

EV. Tibi ego rationem reddam stimulorum feges:

PLAVTINA.

Illuc regredere ab hostio, illuc sis uide

Vt incedit, at scin quo modo tibi res se habet?

Si hodie hercle fustē cepero, aut stimulum in manū,

Testudineū istum tibi ego grandibo gradum.

ST. Vtinam me diui adassint, ad suspendium,

Potius quidem quam hoc pacto apud te seruiam.

EV. En, ut scelestā sola secum murmurat,

Oculos hercle ego istos improba effodiam tibi,

Ne me obseruare possis, quid rerum geram.

Abscede hinc etiam nunc, etiam nunc, etiam hoc

Istic adeste, si hercle tu ex istoc loco

Digitum transuersum, aut unguem latum excefferis,

Aut si respexeris donec ego te iussero,

Continuo hercle ego te dedam discipulam cruci,

Scelestiorem me hac anu certe scio

Vidisse nunquā, nimis ego hanc metuo male,

Ne mihi ex insidiis uerba imprudenti duit,

Neu præsentiscat, aurum ubi est absconditum.

Quæ in occipitio quoq; habet oculos pessima.

Nunc ibo ut uisam, sit ne ita aurum ut condidī,

Quod me sollicitat plurimis miserum modis.

ST. Nec nūc me castor qd hero ego dicam meo

Malæ rei euenisse, quamue insaniam

Queo cōminisci: ita me miseram ad hunc modum

AVLVARIA

Decies die uno sæpe extrudit ædibus,
 Nescio pol quæ illûc hominem intemperix tenent.
 Peruigilat noctes totas, tum autem interdus
 Quasi claudus sutor domi sedet totos dies.
 Neque iam, quo pacto cælem herilis filix
 Probrum propinqua partitudo cui appetit,
 Queo cõminisci, neque quicquã melius est mihi,
 Vt opinor, quam ex me ut unam faciam literam
 Longam, laqueo collum mihi quando obstrinxero.

EVCLIO SENEX. STAPHYLA ANVS.

Vnc defecato demum animo egredior domo,
 n Postquam perspexi salua esse intus omnia.

Redi nûc iam intro, atque intus serua. ST. Quippe nil
 Ego intus seruem, an ne quis ædes auferat?
 Nam hic apud nos nil est aliud quæsti furibus,
 Ita inanes sunt oppletæ, atque araneis.
 EV. Mirû quoniam tua nûc causa faciat Iuppiter
 Philippû regem me, aut Darium triuenefica.
 Araneas mihi ego illas seruari uolo,
 Pauper sum, fateor, patior quod dii dant, fero.
 Abii întro, occlude ianuam, iam ego hic ero,
 Caue quenquã alienû in ædis intromiseris.
 ST. Quid si quisquã ignem quærit? EV. Extingui uolo.
 Ne causæ quid sit quo te quisquam quæritet.

PLAVTINA. IVA

EV. Eia hoc face qđ te iubet soror. ME. si iubet faciā. EV. in rē hoc

ME. Vt qđ emoriar pri⁹ quā ducā, aut q̄ cras uēiat pendie (tuā ē.

Foras feratur soror, his legibus quam tu dare uis cedo,

Nuptias adorna. EV. Quā maximā possum tibi dare frater dotē.

Sed est grandior natu, media est mulieris ætas, eam si iubes

Frater tibi me poscere, poscam. ME. Num nō uis me interrogare te?

EV. Immo qđ uis roga. ME. post mediā ætatē q̄ ducit uxore domū

Si eam senex intra annū prægnañtē fortuito fecerit,

Quid dubitas, qn sit paratū nomen puero posthumus?

Nunc istum ego soror laborem degam, & diminuā tibi.

Ego uirtute deum, & maiorum nostrorū diues sum satis,

Istasq; magnas factiones, animos, dotes dapfiles,

Clamores, imperia, eburata uehricula, pallas, purpuram,

Nihil moror, quæ in seruitutem sumptibus redigunt uiros.

EV. Dic mihi quæso, q̄s est ea, quā uis ducere uxore? ME. eloquar,

Nouistin hunc senem Euclionem ex proximo pauperulū?

EV. Noui, hominē haud malū me castor. ME. eius cupio filiam

Virginē mihi desponderi, nūc uerba ne facias soror.

Scio qđ dictura es mihi, hanc esse pauperē, hæc pauper placet.

EV. Di bñ uertāt. ME. & ego idē spo. EV. qđ me nūc uis. ME. uale.

EV. Et tu frater. ME. ego cōueniā isthunc Euclionē si domi est.

Sed eccum nescio undē sese homo nunc recipiat domum.

EVCLIO. MEGADORVS SENEX.

p Ræfagibat mihi animus frustra ire me, quū exhibā domo,

AVLVLARIA

Iraque abibam inuitus. nam neque quisquam curialium
 Venit, neque magister quem diuidere argentum oportuit.
 Nunc domū pperare ppero, nā egomet sum hic, anim⁹ domi est.
 ME. Saluus, atque fortunatus Euclio semper fies.
 EV. Di te amēt Megadore. ME. qd tur recten, atq; ut uis ualesc
 EV. Nō temerariū est, ubi diues blāde appellat pauperem.
 Iam illic aurū me scit habere, eo me salutat blandius.
 ME. Ain tu ualere te: EV. Pol ego haud a pecunia perbene.
 ME. Pol si est animus æquus tibi, satis habes, qui bene uitā colas.
 EV. Anus hercle hoc indicium fecit de auro perspicue, palā est
 Cui ego iam linguam præcidā, atque oculos effodiam domi.
 ME. Quid tu solus tecū loquere: EV. pauperiē meā cōqueror.
 Virginē habeo grandē, dote cassam, atq; inlocabilem,
 Neque eā queo locare cuiquā. ME. tace, bonū habe animū Euclio,
 Dabitur, adiuuabere a me. dic si quid opus est, impera.
 EV. Nūc petit, quū pollicet, inhiat aurū, ut deuoret.
 Altera manu fert lapidem, panem ostentat altera.
 Nemini credo, q large blādus est diues pauperi.
 Vbi manū iniicit, benigne ibi onerat aliquam zamiam.
 Ego istos noui Polypos, qui ubi qd tetigerūt, tenent.
 ME. Da mihi operā parūper, paucis est quod te uolo,
 De cōmuni re appellare, mea & tua. EV. heu misero mihi,
 Aurū intus mihi harpagatum est, nunc hic eam rem uolt scio
 Mecum adite ad pactionem, uerum interuisam domi.

PLAVTINA.

ME. Quo nūc abis: EV. Iam ad te reuertar, nā est qđ uisam domū.

ME. Credo hercle ubi mentionē ego fecero de filia

Mihi ut despondeat, se a me derideri rebitur.

Neque illo quisquam alter est hodie ex paupertate paucior.

EV. Dii me seruant, salua res est, saluum est si quid non perit.

Male nimis timui, priusquam intro redii, exanimatus fui.

Redeo ad te Megadore, si quid me uis. ME. habeo gratiam.

Quæso quod te percōtabor, ne id te pigeat proloqui.

EV. Dum quidē ne percōteris, quod mihi non libeat proloqui.

ME. Dic mihi, quali me arbitrare genere prognatum: EV. bono.

ME. Quid fide: EV. bōa. ME. qđ factis: EV. neq̄ malis, neq̄ iprobis.

ME. Aetatē meā scis: EV. Scio esse grandē itidem ut pecuniam.

ME. Certe ædepol equidē te ciuem sine omni mala etiam

Malitia semper sum ratus, & nunc arbitror. EV. aurū huic olet.

Quid nunc me uis: ME. qm̄ tu me, & ego te qualis sis scio.

Quæ res recte uortat, mihiq̄, tibiq̄, tuæq̄ filiæ,

Filiā tuā mihi uxorē posco, pmitte hoc fore.

EV. Heu Megadore haud decorū facinus tuis factis facis,

Vt inopem atque innoxiiū abs te atque abs tuis me irrideas.

Nam de te neque re, neque uerbis meruit uti faceres qđ facis

ME. Neque ædepol te ego derisum uenio, neq̄ derideo.

Neq̄ dignū arbitror. EV. cur igitur poscis meam gnatam tibi:

ME. Vt propter me tibi sit melius, mihiq̄ propter te, & tuos.

EV. Venit hoc mihi in mentē Megadore, te esse hominē diuitem,

Factiosum, me item esse hominē pauperū pauperrimū,
 Nunc si filiam locassim meam tibi, in mentem uenit,
 Te bouem esse, & me esse asellum, ubi tecum cōiunctus siem,
 Vbi onus nequeam ferre, pariter iaceam ego asinus in luto.
 Tu bos me haud magis respicias, gnatus quam si nunquā siem.
 Et te utar iniquiorē, & me meus ordo irrideat,
 Neutrobi habeam stabile stabulū, si quid diuortii fuit.
ASINi me mordicus scindant, boues incurfent cornibus.
 Hoc magnū est periculū, me ab asinis ad boues transcendere.
ME. Quā ad p̄bos propinqtate proxime te adiunxeris,
 Tam optimū est, tū cōditionē hanc accipe, ausculta mihi,
 Atq; eam desponde mihi. **EV.** At nihil est dotis qdē. **ME.** ne duas
 Dum modo morata recte ueniat, dotata est satis.
EV. Eo dico, ne me thesaurū reperisse censeas.
ME. Noui, ne doceas, desponde. **EV.** fiat, sed proh Iuppiter,
 Non ego disperii: **ME.** qd tibi est: **EV.** qd crepuit q̄si ferrū modoc
ME. Hic apud me hortum cōfodere iussi, sed ubi hic est homo:
 Abiit, neque me certiozem fecit, fastidit mei,
 Quia uidet me suam amicitia uelle, more hominū facit,
 Nam ubi opulentus it petatum pauperioris gratiā,
 Pauper metuit congregi, atq; per metum male rem gerit.
 Idem qm̄ illac occasio periit, post sero cupit.
EV. Si hercle ego te non elinguandā dederō, usque ab radicibus.
 Impero, sum auctorq; ut me cuius castrandū loces.

PLAVTINA.

ME. Video hercle ego te me arbitrari Euclio hominem idoneum,
Quem senecta ætate ludos facias haud merito meo.

EV. Neq; pol Megadore facio, neque si cupiam copia est.

ME. Quid nunc etiã mihi despondes filiam: EV. Illis legibus,
Cum illa dote quam tibi dixi. ME. Sponden ergo: EV. spondeo.
Dii bene uortant. ME. ita dii faxint. EV. facito illud memineris,
Conuenisse, ut ne quid dotis mea ad te afferat filia.

ME. Memini. EV. At scio quo uos pacto soleatis perplexarier.
Pactum non pactũ est, non pactũ, pactũ est quod uobis lubet

ME. Nulla cõtrouersia mihi tecum erit, sed nuptias
Hodie quin faciamus, num quæ causa est: EV. Immo optime.

ME. Ibo igitur, parabo nunqd me uis: EV. Istuc fiet, uale.

ME. Heus Strobile, sequere propere me ad macellum strenue.
EV. illic hinc abiit, Dii immortales aurum obsecro quid ualet:
Credo ego iam illũ inaudiisse mihi esse thesaurũ domi,
Id inhiat, ea affinitatem hanc obstinauit gratia.

EVCLIO SENEX. STAPHYLA ANVS.

Bi tu es: quæ deblaterasti iam uicinis omnibus,

u Memerã filiaẽ daturũ dotem, heus Staphyla te uoco

Ecquid audis: uascula intus pure, propera atque elue.

Filiaẽ despondi ego hodie, huic nuptũ Megadoro dabo

ST. Dii bene uortãt, uerũ æcastor non põt, subitũ est nimis.

EV. Tace atque abĩ, curata hæc sint, quum a foro redeã domũ,

Atque occlude ædes, ego iam hic adero. ST. Quid ego nunc agam:

AVLVLARIA

Nunc prope adest exitiū mihi atque herili filiæ,
 Nam probrū atq; paritudo prope adest, ut fiat palam
 Quod cælatū est, atq; occulratū usq; adhuc, nunc nō pōt.
 Ibo intro, ut hæc quæ imperauit, facta cum ueniat, sient.
 Nam æcastor, malū mœrorē metuo, ne mistum bibam.

STROBILVS SERVVS. ANTHRAX. CONGRIO COQVI.

Ostquā obsonauit herus, & cōduxit coquos,

p Tibicinasq; hæc apud forum, edixit mihi

Vt dispartirem obsonium hic bifariam,

CO. Me quidem hercle dicam palam, non diuides

Si quo tu totum me ire uis, operam dabo.

AN. Bellum & pudicū, uero prostibulum populi,

Post si quis uellet te, at non uelles diuidi?

CO. Atqui ego istuc Anthrax aliouorsum dixeram,

Non istud qd' tu insimulas. ST. Sed herus nuptias

Meus hodie faciet. CO. Cuius ducit filiam?

ST. Vicini huius Euclionis hinc e proximo,

Ei adeo obsoni hinc dimidium iussit dari,

Coquum alterum, itidemq; alteram tibicinam.

AN. Nempe huic dimidiū dicis, dimidiū domi?

ST. Nempe sicut dicis. AN. Quid hic nō poterat de suo

Obsonari senex in nuptiis filiæ?

ST. Vah. AN. Quid negociū est. ST. Quid negotii sit rogas?

Pumex non æque est aridus, atque hic est senex.

PLAVTINA.

AN. Ain tandé ita esse ut dicis: ST. Tute existima,

Suam rem periisse, seq; eradicarier,

Quin diuum atque hominú clamat cōtinuo fidem.

De suo tigello fumus siqua exit foras,

Quin quum it dormitú, follem obstrinxit ob gulam.

AN. Cur: ST. Ne quid animæ interea amittat dormiens.

AN. Etiam ne obturat inferiorem gutturem,

Nequid animæ interea forte amittat dormiens:

ST. Hæc mihi te, ut tibi me est æquú crede credere.

AN. Immo eqdê credo. ST. At scin etiam tu quo modo:

Aquam hercle plorat quum lauat profundere.

AN. Censen talentú magnú exorari potesse

Ab istoc sene ut det, qui siamus liberi:

ST. Famem hercle utendá si roges, nunquam dabit.

Quin ipsi pridem tonsor ungues dempserat

Collegit, omnia abstulit præsegmina.

AN. Edepol mortalem præ parcum prædicas.

ST. Censen uero adeo esse parcú, & misere uiuere:

Pulmentú pridem eripuerat ei Miluus.

Homo ad prætorem plorabúdu deuenit,

Infit ibi postulare plorans, ciulans,

It sibi liceret miluum uadarier.

Sexcenta sunt quæ memorem, si sit otium,

Sed uter uestrorum est celerior, memora mihi.

CO. Ego ut multo melior. ST. Coquum ego, non furem rogo.

CO. Coquum ego dico. ST. qd tu ais: CO. ego sic sum, ut uides.

ST. Coquus ille nundinalis est, in nonum diem.

Solet ire costum. CO. Tu trium literarum homo,

Vituperas me: ST. qn tu etiam fur, trifurcifer.

STROBILVS. ANTHRAX. CONGRIO.

Ace nunc iam tu, atque agnum horū uter est pinguior,

AN. Licet. ST. tu Congrio eum fume, atque abi.

Ite illuc intro & uos, eumq; sequimini.

Vos cæteri illuc ad nos. CO. Hercle iniuria

Dispertiuisti, pinguiorem agnum isti habent.

ST. At nunc tibi dabitur pinguior tibicina.

I sane cum illo Phytgia, tu autem Eleusium.

Huc intro abi tum ad nos. CO. O Strobile subdole,

Huccine detrusisti me ad senem parcissimū:

Vbi si qd poscamus ad rauim poscamus, prius

Quam qcquā detur. ST. Stultū & sine gratia est

Tibi recte facere: quando quod facias perit:

CO. Qui uero: ST. Rogitas: iam principio in ædibus

Turba istic nulla tibi erit, si quid uti uoles

Domo ante afferto, ne operam perdas poscere,

Hic autem apud nos magna turba, ac familia est,

Supellex, aurum, uestes, uasa argentea,

Ibi si perit quippiam, quod te scio

PLAVTINA.

Facile abstinere posse, si nihil obuiam est,

Dicant coqui abstulerunt, comprehendite.

Vincite, uerberate, in puteum condite.

Horum tibi istic nihil eueniet, quippe qui

Vbi nihil quicquã est, sequere hac sis me. CO. sequor.

STROBILVS. STAPHYLA.

Eus Staphyla, pdi, atque hostiũ apperi. STA. q̄ uocat:

h STR. Strobil⁹. STA. qd uis: STR. uolo hos ut accipias

Tibicinamq; & obsonium hoc in nuptias (coquos,

Megadorus iussit Eudioni hæc mittere.

STA. Cererin mi Strobile hi sunt facturi nuptias:

STR. Qui: STA. Quia temeti nihil allatum intelligo.

STR. At iam afferes, si a foro ipse redierit.

STA. Ligna hic apud nos nulla sunt. STR. Sunt afferes:

STA. Sunt pol. STR. Sunt igitur ligna, ne quæras foris:

STA. Quid impurate quanquam Vulcano studes,

Cœnæ ne causa, aut tuæ mercedis gratia

Nos nostras ædes postulas comburere:

STR. Haud postulo, duc istos intro. STA. sequimini.

PYTHODICVS SERVVS.

Vrate, ego interuisam quid faciant coqui,

c Quos pol, ut ego hodie seruem, cura maxima est.

Nisi unum hoc faciam, ut in puteo cœnam coquant,

Inde costam sursum subducemus corbulis.

AVVLARIA

Si autem deorsum comedent, si quid coxerint,
 Superi incoenati sint, & coenati inferi.
 Sic uerba hic facio, quasi negoti nihil fiet,
 Rapacidarum ubi tantum fiet in aedibus.

EVCLIO.

CONGRIO.

Olui animū tandem cōfirmare hodie meum,
 Et bene ut haberem filiaē me in nuptiis
 Venio ad macellum, rogito pisces, indicant
 Caros, agninam caram, caram bubulam,
 Vitulinam, cetum, porcina, cara omnia,
 Atq; eo fuerunt cariōra, aēs non erat.
 Abeo illinc iratus, qm̄ nihil est qui emam.
 Ita illis impuris om̄ibus abii inanis.
 Deinde egomet mecum cogitare inter uias
 Occēpi, festo die si quid prodegeris,
 Profesto egere liceat, nisi peperceris.
 Post hanc rationem cordi, uentriq; edidi.
 Accessit animus ad meam sententiā,
 Quam minimo sumptu filiam ut nuptum darem.
 Hunc thusculū emi, & haec coronas floreas.
 Haec imponentur in foco nostro Lari,
 Ut fortunatas faciat gnata nuptias.
 Sed quid ego apertas aedes nostras conspicio?
 Et strepitus est intus? num̄ nam ego compilor miser?

PLAVTINA.

Et multo fiat ciuitas concordior,

Et inuidia nos minore utamur, quam utimur.

Et illæ malam rem metuant, q̄ metuunt magis,

Et nos minore sumptu simus, quam sumus.

In maxima illæ populi parte est optuma,

In pauciore auidis est altercatio.

Quorum animis auidis, atq; infatietatibus

Neq; lex, neq; tutor capere est qui possit modum.

Neq; hoc quis dicat, quum illæ nubent diuites,

Dotata es, istud ius pauperibus ponitur,

Quo iubeant nubant, dum dos ne fiat comes.

Hoc si ita fiat, mores meliores sibi

Parent pro dote quos ferant, quam nunc ferunt.

Ego faxim, muli precio qui superant equos,

Sient uiliores gallicis canteriis.

EV. Ita me dii amabūt, ut ego hūc ausculto lubens.

Nimis lepide fecit uerba ad parsimoniam.

ME. Nulla ergo dicat, eq̄dem dotem ad te attuli

Maiorem multo quam tibi erat pecunia.

Eum mihi quidē æquū est, purpurā atq; aurum dari,

Ancillas, mulos, muliones, pedissequas,

Salutigerulos pueros, uehicula qui uehar.

EV. Vt matronarū hic facta pernoui probe,

Moribus præfectum mulierum hunc factum uelim.

AVLVARIA

ME. Nunc quoq; inuenias plaustrorū plus in ædibus
Videas q̄ ruti, quando ad uillam ueneris,
Sed hoc etiā pulchrū est. præ q̄ ubi sumptus petunt,
Stat fullo, phrygio, stat aurifex, lanarius,
Ciniflones, patagiarii, indufarii,
Flammearii, uiolarii, carinarii,
Aut manulearii, aut myrobrecharii,
Propolæ, lintheones, calceolarii,
Sedentarii, sutates, diabathrarii,
Solarii adstant, adstant molochinarii,
Petunt fullones, sarcinatores petunt.
Stropharii adstant, adstant semizonarii.
Iam hosce absolutos censeas, cedunt, petunt,
Trecenti constant phylacifæ in atriiis.
Textores, limbolarii, arcularii
Ducuntur, datur æs, iam hosce absolutos censeas,
Quum incedunt infectores crocotularii,
Aut aliqua mala crux semper est quæ aliquid petat.
EV. Cōpellarem ego illum ni metuam, ne desinat
Memorare mores mulierum, nunc sic sinam.
ME. Vbi nugiuendis res soluta est omnibus,
Ibi ad postremum cedit miles, æs petit,
Itur, putatur ratio cum argentario,
Miles ibi impransus adstat, æs cenfet dari.

PLAVTINA.

Nam si ignis uiuet, extinguere extemplo tu.

Tum aquã aufugisse dicito, si quis petit.

ST. Cultrum, securim, pistillum, mortarium,

Quæ utenda uasa semper uicini rogant.

EV. Fures uenisse, atque abstulisse dicito.

Profecto in meis ædibus me absente neminem

Volo intromitti, atque etiam hoc prædico tibi,

Si bona fortuna ueniat, ne intromiseris.

ST. Pol ea ipsa credo ne intromittat cauet.

Nam ad ædis nras nusquã adit quaquã prope.

EV. Tace, atq; abi intro. ST. Taceo, atq; abeo. EV. occlude sis

Fores ambobus pessus, iam ego hic ero.

Discrutior animi, qã ab domo abeundũ est mihi.

Nimis hercle inuitus abeo, sed quid agam scio,

Nam noster nostræ qui est magister curiæ,

Diuidere argenti dixit nũmos in uiros,

Id si relinquo, ac non peto, omnes illico

Me suspicentur credo habere aurum domi.

Nam uerisimile non, est hominem pauperem

Pauxillũ paruifacere, quin nũmum petat.

Nam nunc quũ cælo sedulo omnes ne sciant,

Omnes uidentur scire, & me benignius

Omnes salutant, quam salutabant prius,

Adeunt, consistunt, copulantur dexteras,

AVLVLARIA

Rogitant me ut ualeam, quid agam, quid rerum agam:

Nunc quo pfectus sum, ibo, post idem domum

Me rursus quantū potero, tātum recipiam.

EVNOMIA. MEGADORVS SENEX.

Elim te arbitrari, me hæc uerba frater meæ fidei, tuæq; rei

u Cā facere, ut æquū ē germanā sororē, quāq; haud falsa sū

Nos odiosas haberi, nam multum loquaces merito omnes

Habemur, nec mutam profecto repertam ullam esse hodie dicunt

Mulierem ullo in seculo, uerū hoc frater unū cogitato tamen,

Tibi proximā me, mihiq; item te & æquū est quod in rem utriq;

Esse arbitremur, & mihi te, & tibi me cōsulere atque monere.

Neque occultū id haberi, neque iussari per metum qn participem

Pariter ego te, & tu me ut facias, eo nūc te secreto huc foras

Seduxi, ut tuam rem ego tecū loquerer hic familiariter.

ME. Da mihi optūa foemīa manū. EV. ubi ea ē: q; ea nā ē optuma:

ME. Tu. EV. Tu ne ais: ME. si negas, nego. Eu. decet eqdē uera, ploq;

Nam nulla optuma potest eligi, alia alia peior frater est.

ME. Idē ego arbitror, nec tibi aduersari certū ē de ista re unq; soror

Quid uis: EV. da mihi opā aābo. ME. ast tu utere, atq; ipa si qd me

EV. Id qd tuā ī rē optimum esse arbitror, te id admōitū aduēto. (uis,

ME. Soror more tuo facis. EV. æcastor fctā uolo. ME. qd ē id soror:

EV. Qd' sēpiternū tibi salutare sit pcreādis liberis. ME. Ita dū faxit,

EV. Volo te uxorē domū ducere. ME. hei occidit. EV. qd ita:

ME. Quia misero cerebrū excutiunt tua dicta soror, lapides loqris.

PLAVTINA.

CON. Aulam maiorem si potes uiciniam

Pete, hæc parua est, capere non quit. EV. heu mihi.

Perii hodie, aurū rapitur, aula quæritur.

Nimirū occidor. nisi ego intro huc ppero currere.

Apollo, quæso subueni mihi, atque adiuua,

Confige sagittis fures thesaurarios,

Cui in retali subuenisti antehac item.

Sed cesso prius quam prorsus perii, currere.

ANTHRAX. EVCLIO.

Romo desquama pisces, tu Macherio

d Congrū, murenam ex dorsua quantū potes.

Ego hinc artoptam ex proximo utendam peto

A Congrione, tu istum gallum si sapis

Glabriorem reddes mihi, quam Volsus ludius est.

EV. Sed quid hoc clamoris oritur hinc ex proximo?

Coqui hercle credo faciunt officium suum.

Fugiam intro, ne quid turbæ fiat hic itidem.

CONGRIO.

Ptati ciues, poplares, incolæ, accolæ, aduenæ oēs mihi.

o Date uiam qua fugere liceat, facite totæ plateæ pateât,

Neque ego unq̄, nisi hodie ad bacchas ueni bacchanal

Ita me miser, & meos discipulos sustib⁹ male ptuderūt, (coqnarū,

Totus doleo, atq; ego oppido perii, ita me iste habuit senex

Gymnasiū, at at perii hercle ego miser, aperit bacchanal, adest,

AVVLARIA

Seq̄, scio quã rem geram, hæc ipsius magister me docuit.

Neq̄ ligna ego usquam gentium præberi uidi pulchrius.

Itaq̄ om̄is exegit foras, me, atq̄ hos onustos fustibus.

EVCLIO SENEX. CONGRIO.

Edi, quo fugis nũc: tene, tene. CO. qd̄ h̄ stolidè clamas:

EV. Quia ad tris uiros iam ego deferã tuũ nomẽ. CO. quã ob rem:

EV. Quia cultrũ habes. CO. coquũ decet. EV. qd̄ cõminatus es

Mihi: CO. Istuc malefactũ arbitror, quia non latus fodi.

EV. Homo nullus est te scelestior, qui uiuat hodie,

Neq̄ cui ego de industria ampli⁹ male plus lubens faxim.

CO. Pol et si taceas, palã id qd̄ est, res ipsa testis est.

Ita fustib⁹ sum miser q̄ ullus cynædus sum mollior.

Sed quid tibi nos homo mendice tactio est: quæ res:

EV. Etiam me rogitas: an quã minus q̄ æquũ erat feci:

CO. Sine hercle cũ malo magno tuo, si hoc caput sentiet.

EV. Sed in ædibus qd̄ tibi meis nam erat negotii,

Me absente nisi ego iusseram: uolo scire. CO. Tace ergo,

Qua uenimus coctũ ad nuptias. EV. quid tu, malũ, curas,

Vtrũ crudũ, an coctũ edã: nisi tu mihi es tutor.

CO. Volo scire, sinas, an nõ sinas coquere nos hic cœnam.

EV. Volo scire itẽ ego meæ domi mea salua an sint futura.

CO. Vtinã mea mihi modo auferã quæ huc attuli salua.

EV. Me aut pœnitet tua ne expetam: CO. Scio, ne doce, noui,

Quid est, q̄ phibeas gratia nunc nos coquere hic cœnam:

PLAVTINA.

Quid fecimus? quid diximus tibi secus quā uelles?

EV. Etiam rogitas homo scelestus qui omnis angulos

Mearum aedium, & cōclauium mihi peruium facitis?

Id ubi tibi erat negotium si adesses ad focum,

Non fissile caput nunc haberes, merito id tibi factū est,

Adeo ut tu meam sententiā iam possis noscere.

Si ad ianuam accesseris, nisi iussero propius,

Ego te faciam, miserrimus mortalium uti sis.

Scis iam meam sententiā? quo abis? redi rursū,

CO. Ita me bene amet Lauerna, tu iam nisi reddi iubes

Mea mihi uasa, pipulo differam te hic ante aedis.

Quid ego nūc agam? nā ego nūc adepolueni huc auspicio malo.

Nummo sum cōductus, plus iam medico mercedis opus est.

EVCLIO.

CONGRIO.

Oc equidē hercle quoquo ibo, mecū erit, mecū feram.

h Neque id in tantis periculis unquā cōmittā ut fiet.

Ite sane nunc iam intro omnes, & coqui, & tibicinæ.

Etiam introduce si uis, uel gregem uenaliū.

Coquite, facite, festinate nunc iam quantū lubet,

CO. Hem perii. EV. Abi, opera huc cōducta est uestra, non oratio.

CO. Heu senex pro uapulando hercle ego abs te mercedē petam,

Costum ego, non uapulatū dudum cōductus fui.

EV. Lege agito mecum, molestus ne sis, & cœnam coque,

Aut abi in malū cruciatū ab aedibus. CO. abi tu modo.

AVLVLARIA

EVCLIO.

Llic hinc abiit, dii immortales facinus audax incipit,

I Qui cū opulento pauper homine cœpit rem habere,
aut negociū.

Velut Megadorus tentat me om̄ibus miserum modis,

Qui simulavit mei honoris mittere huc causa coquos.

Is ea causa misit, hoc qui surriperent misero mihi.

Condigne etiam meus me intus gallus gallinacius,

Qui anui erat peculiaris, perdidit penissime.

Vbi erat hæc defossa, occœpit ibi scalpurire unguis

Circūcirca, quid opus est uerbis: mihi pectus peracuit,

Capio fustem, obtrunco gallum furem manifestarium,

Credo ego ædepol mercedem illi gallo pollicitos coquos,

Si id palam fecisset, exemi ex manu manubriū.

Quid opus uerbis: facta est pugna in gallo gallinacio.

Sed Megadorus meus affinis, eccum incœdit a foro,

Iam hūc nō ausim præterire, qn cōsistam, & colloquar.

MEGADORVS.

EVCLIO.

Arraui amicis meis multis consilium meum

n De conditione hac, Euclionis filiam

Laudant, sapienter factum, & consilio bono.

Nam meo quidem animo idem si faciant cæteri,

Opulentiores pauperiorum filias

Vt indotatas ducant uxores domum,

PLAVTINA.

Vbi disputata est ratio cum argentario,

Eriam plus ipsus ultro debet argentario.

Spes prorogatur militi in alium diem.

Hæc sunt atq; aliæ multæ in magnis dotibus

Incōmoditates, sumptusq; intolerabiles.

Nam quæ indotata est, ea est in potestate uiri.

Dotatæ maectant, & malo, & damno uiros.

Sed eccum affinem ante ædes: quid agitur Euclio?

EVCLIO. MEGADORVS.

Imium lubenter audiui sermonem tuum.

n ME. An audiuisti quæso EV. Usque a principio omnia.

ME. Tamen e meo quidem animo aliquanto rectius

Facias, si nitidior sis nuptiis filia.

EV. Pro re nitorem, & gloriam pro copia

Qui habent, meminerint sese unde oriundi sient.

Neq; pol Megadore mihi, neq; cuiquam paupeti

Opinione res melius structa est domi.

ME. Immo est, & quæso tibi dii faciant ut fiet,

Plus plusq; sospitent istuc quod nunc habes,

EV. Illud mihi uerbum non placet quod nunc habes.

Tam hoc scit me habere quã egomet, anus fe'it palam.

ME. Quid rute solus e senatu seuocas?

EV. Pol ego te ut accusem merito meditabar. ME. quid est?

EV. Quid sit me rogitas? qui mihi omnis angulos

AVLVLARIA

Furum impleuisti in ædibus misero, qui mihi
 Intromisisti in ædes quingentos coquos,
 Cum senis manibus genere Geryonaceo.
 Quos si Argus seruet, qui oculus totus fuit,
 Quem quondã Ioni Iuno custodem addidit.
 Is nunquam seruet. Præterea tibicinam,
 Quæ mihi interbibere sola si uino scateat
 Corinthiensem fontem Pyrenem potest,
 Tum obsoniũ aut. ME. Vel leoni polsat est,
 Etiam agnum misi. EV. Quo quidẽ agno sat scio
 Magis curiosam nunquam ullam esse bestiam.
 ME. Volo ex te ego scire qui sit agnus curio.
 EV. Qui ossa atque pellis totus est, ita cura macet
 Quin exta inspicere in sole etiam uiuo licet.
 Ita is pellucet, quasi laterna punica.
 ME. Cedundũ illum ego cõduxi. EV. Tum tu idem optimum est.
 Loca efferundũ, nam iam credo mortuus est.
 ME. Potare si uis ego tecum hodie Euclio uolo,
 EV. Non potem ego quidẽ hercle. ME. at tibi ego iussero
 Cadum unum uini ueteris a me afferrier.
 EV. Nolo herele. nam mihi bibere decretum aquam est.
 ME. Ego te hodie reddã madidũ, si uiuo probe.
 Tibi an decretũ est bibere aquam? EV. Scio quam rem agat,
 Ut me deponat uino, eam affectat uiam,

PLAVTINA.

Post hoc quod habeo ut cōmutet Coloniam.

Ego id cauebo, nam alicubi abstrudam foris.

Ego faxo & operā, & uinū perdiderit simul.

ME. Ego nisi quiduis co lauatum, ut sacrificem

EV. Aedepolnæ tu aula multos inimicos habes,

Atque istuc aurum quod tibi cōcreditū est,

Nunc hoc mihi factum optumū est, ut te auferam

Aula hinc in Fidei fanum, tibi te abstrudam probe

Fides nouisti me, & ego te, caue sis tibi,

Ne tu in me mutassis nomen, si hoc concreduq;

Ibo ad te, fretus tua Fides fiducia.

STROPHILVS.

Oc est serui facinus, frugifacere quod ego persequor,

h Ne moræ, molestiæq; imperiū herile habeat sibi.

Nam qui hero ex sententia seruire seruus postulat,

In herum matura in se sera condecet capeffere.

Sin dormitet, ita dormitet, seruum sese ut cogitet.

Nam qui amanti hero seruitutem seruit, quasi ego seruio,

Si herū uidet superare amoré, hoc serui officium reor.

Retinere ad salutem, non eum quo incūbat eo impellere.

Quasi qui pueri nare discūt, scirpea inducitur ratis,

Qui laborēt minus, facilius ut nent, & mouent manus.

Eodem modo seruum ratem esse amanti hero suo

Aequū cenfeo, ut tolleret, ne pessum abeat, tanquā imperiū

AVLVLARIA

Herile ediscat, ut quod non os uelit, oculi sciant.
 Quod iubeat, citis quadrigis citius properet persequi.
 Qui ea curabit, abstinebit censione bubula,
 Nec sua opera unquã reddet in splendorem cõpedes.
 Nunc herus amat filiam huius Euclionis pauperis,
 Eam hero nunc renunciatũ est nuptũ huic Megadoro dari.
 Is specularũ huc misit me, ut quæ fierent, fieret particeps.
 Nunc sine omni suspitione in ara sic assidam sacra.
 Hinc ego huc & illuc potero quid agant arbitrarier.

EVCLIO SENEX. STROPHILVS SERVVS.

V modo caue cuiquã indicassis aurũ meũ eẽ istic Fides.
 Non metuo, ne qsqũ inueniat, ita pbe i latebris sitũ e.
 Aedepol nã illic pulchram prædã agat, si qs inuenerit,
 Aulam onustã auri, uerũ id te quæso ut prohibeßis Fides.
 Nunc lauabo, ut rem diuinã faciam, ne affiné morer.
 Quin ubi accersat me, meã extẽplo filiã ducat domũ.
 Vide Fides, etiã atque etiã nunc saluam ut aulam abs te auferam.
 Tuæ fidei credidi aurũ, in tuo luco & fano est situm.
 ST. Di immortales, qd' ego hunc hominẽ facinus audio loq,
 Seaulã onustam auri abstruissẽ hic intus in fano: Fides
 Caue tu illi fidelis quæso potius fueris quam mihi.
 Atque hic pater est (ut ego opinor) huius puellæ herus quã amat.
 Ibo intro, perscrutabor fanum. si inueniã uspiam
 Aurum, dum hic est occupatus, sed si reperero o Fides,

PLAVTINA.

Mulsi congialem, plenam faciam tibi fideliam.

Id adeo tibi faciã, uerũ ego mihi bibam ubi id fecero.

EVCLIO.

On temere ẽ, qđ coruos cãtat mihi nũc ab leua manu,

11 Simul radebat pedibus terrã, & uoce crocãtabat sua.

Continuo meum cor cœpit artem facere ludicram,

Atque in pectus emicare, sed ego cesso currere.

EVCLIO. STROPHILVS.

Oras lumbrice qui sub terra erepsisti modo,

f Qui modo nusquã cõparebas, num quũ cõpares, peris.

Ego pol te præstigiator miseris iam accipiã modis.

ST. Quã te mala crux agitãt: qđ tibi mecũ est cõmerciĩ fenex:

Quid me afflictas: qđ me raptas: qua me causa uerberas:

EV. Verberalissime etiam rogitas non fur, sed trifur.

ST. Quid tibi surripuit: EV. redde huc sis. ST. Quid uis reddã: EV.

ST. Nihil eqđẽ tibi abstuli. EV. At qđ tibi absteras cedo. (rogitas:

ST. Ecqđ ais: EV. qđ agãt: auferre nõ potes. ST. qđ uis tibi:

EV. Pone hoc sis, aufer cauillã, nõ ego nũc nugas ago.

ST. Quid ego ponã: qn tu eloquere qcqđ est suo nomine:

Nõ hercle eqđẽ qcquã sumpsi, nec tetigi. EV. Ostẽde huc manus.

ST. Hem tibi ostẽdi, eccas. EV. uideo, age ostẽde, etiã terciã.

ST. Laruã hũc atq; intẽporiã, infãniãq; agitant senem.

Facis iniuriã ne mihi an nõ: EV. qa nõ perdo maximã,

Atq; id quoq; iam fiet, nisi fatere. ST. Quid fatear tibi:

AVVLARIA

EV. Quid abstulisti hinc: **ST.** Di me perdant, si ego qcquã abstuli,
 Ni ue abstulisse adeo uellem. **EV.** agedũ excute dum pallium.
ST. arbitrato tuo. **EV.** ne inter tunicas habeas. **ST.** teta qua lubet.
EV. Vah scelus quã benigne, ut ne abstulisse intelligam.
 Noui fycophãtias. age rursus ostende huc manũ
Dextrã. **ST.** Hem. **EV.** Nũc leuã offẽde. **ST.** qn eqdẽ ambas pfero.
EV. Iã scrutari mitto, redde huc. **ST.** qd reddã. **EV.** ah nugas agis.
 Certe habes. **ST.** habeo ego, qd habeo. **EV.** Nõ dico, audire expetis.
 Id meũ qcqd habes redde. **ST.** Infanis, perscrutatus es
 Arbitrato tuo, neq; tui me qcquã inuenisti penes.
EV. Mane, mane, quis ille intus alter erat tecum simul:
 Perii hercle, ille intus nunc turbat. hũc si amitto, hic abierit.
 Postremo iã hũc perscrutaui, hic nihil habet, abi quo lubet.
 Iuppiter te diq; omẽs perdãt. **ST.** haud male agit gratias.
EV. Ibo intro, atq; illo tuo sodieno iam interstringã gulam.
 Fugin hinc ab oculis: abin an numr. **ST.** abeo. **EV.** caue, te uideam.

STROPHILVS.

Ortuũ ego me mauelim letho malo,
 m Quam non ego illi dem insidias hodie seni.
 Nam is hic iam non audebit aurũ abstrudere
 Credo referet iam secum, & mutabit locum.
 At at crepuit foris, eccum senex aurum effert foras.
 Tantisper ego hic ad ianuam concessero.

EVCLIO. **STROPHILVS.**

PLAVTINA.

Nam ego declinaui paulum me extra uiam.

At at senem eccum ipsum, ibo ut hoc condam domum.

EVCLIO SENEX. LYCONIDES ADOLESCENS.

Erii, interii, occidi, quo currā, quo non currā: tene, tene,
 p Quem: quis: nescio. nihil uideo, cœcus eo, atq; equidem
 quo eam, aut ubi sim,

Aut qui sim, nequeo eū animo certū inuestigare, obsecro uos ego,
 Mihi auxilio oro, obtestor sitis, & hominē demonstrētis
 Qui eam abstulerit, qui uestitu, & creta occultant sese, atq; sedent
 Quasi sint frugi, qd ais tu & tibi credere certū ē, nam esse bonum te,
 Voltu cognosco, qd est: quid ridetis: noui omnes, scio fures
 Esse hic cōplures, hem nemo habet horū: occidisti. dic igitur
 Quis habet: nescis: heu me miserū, miserū, perii male perditus,
 Pessime ornatus eo, tantū gemitu, & male mœsticiæ hic dies mihi
 Obtulit famē, & pauperiē, pditissimus ego sum omnīū
 In terra, nam quid mihi opus uita est: qui tantum auri perdidī,
 Quod custodiui sedulo, egomet me fraudauī, animūq; meum,
 Geniumq; meū, nunc alii lætificant meo malo, & damno.

LY. Quinā hō ante ædis n̄ras eiulās hic cōquerit mœrēs, atque hic
 Euclio qdē est, ut opinor, oppido ego interii, palam res est.
 Scit peperisse iam ut ego opinor, filiā suā, nec mihi, incertū est.

Quid agā: abeā, an maneā: an a deā, an fugiā: qd agā ædepol nescio.

EVCLIO SENEX. LYCONIDES ADOLESCENS.

q Vis hic loquit: LY. ego sum. EV. Immo ego sum miser,

AVVLARIA

& misere perditus,

Cui tanta mœstitudo mala obtigit. LY. animo bono es.

EV. Quo obsecro pacto eē possum. LY. q̄a istuc facin⁹ qđ tuum

Sollicitat animū, id ego feci, & fateor. EV. qđ ego ex te audio.

LY. Id quod uerū est. EV. qđ abs te ego emerui adolescens mali.

Quāobrem ita faceres, meq; meosq; perditū ires liberos?

LY. Deus impulsor fuit, is me ad illā illexit. EV. quo modo?

LY. Fateor me peccauisse, & me culpā cōmeritū scio,

Id adeo te oratū aduenio, ut animo æquo ignoscas mihi

EV. Cur id ausus facere, ut id quod nō tuū esset, tangeres?

LY. Quid uis fieri? f. Etū est, illud fieri infectum non potest,

Credo deos uoluisse. nam ni uellent, non fieret scio.

EV. At ego deos credo uoluisse, ut apud te me in neruo enecem.

LY. Ne istuc dixis. EV. qđ tibi ergo meam, me inuito, tactio est?

LY. Quia uini uitio, atq; amoris feci. EV. homo audacissime,

Cum istac te oratione huc ad me adire ausim impudens?

Nam si istuc ius est, ut tu istuc excusari possies,

Luce clara diripiamus aurum matronis palam,

Post id, si prensi simus, excusemus ebrios

Nos fecisse amoris causa, nimis uilest uinum, atq; amor,

Si ebrio atq; amanti impune facere, quod lubeat licet.

LY. Quin tibi ultro supplicatū aduenio ob stultitiam meam.

EV. Nō mihi homies placēt, qui quū malefecerūt, purgant,

Tu illam scibas non tuam esse, non attactam oportuit,

PLAVTINA.

LY. Ergo quia sum tangere ausus, haud causificor, quin eam

Ego habeam potissimum. EV. Tun habeas me inuito meam?

LY. Haud te inuito postulo, sed meam esse oportere arbitror.

Quin tu eam inuenies, inquam meam illam esse oportet Euclio.

EV. Nisi refers. LY. quod tibi ego referam? EV. quod surripuisti, meum.

Iam quidem ad praetorem hercle te rapiam, & tibi scribam dicam.

LY. Subripui ego tuum: unde aut quid id est? EV. ita te amabit Iuppiter

Vt tu nescis. LY. Nisi quidem tu mihi quod quaeras dixeris

EV. Aulam auri inquam te reposco, quam tu professus es mihi

Te abstulisse. LY. Neque adepol dixi, neque feci. EV. negas?

LY. Pernego, immo neque ego autum, neque istam aula quam siet

Scio, nec noui. EV. Illam ex syluani luco quam abstuleras cedo,

I refer, dimidiam tecum potius partem diuidam.

Tametsi mihi fur es, molestus non ero furi, refer.

LY. Sanus tu non es, qui furem me uoces, ego te Euclio

De alia re rescivisse censui, quod ad me attinet.

Magna est res, quam ego tecum ociose, si ocium est, cupio loqui.

EV. Dic bona fide, tu id aurum non surripuisti? LY. Non bona.

EV. Istuc quoque bonum: neque id scis quod abstulerit mihi. LY. non. EV. atque

Si scies quod abstulerit, mihi indicabis? LY. Faciam. EV. atque partem

Tibi ab eo cui est indipifces, neque furem excipies.

LY. Ita. EV. Id si fallis. LY. tum me faciat quod uult magnus Iuppiter.

EV. Sat habeo, age nunc loquere quod uis. LY. Si me nouisti minus

Genere quo sum natus, hic mihi est Megadorus auunculus,

AVLVLARIA

Meus fuit pater Antimachus, ego uocor Lyconides,
 Mater est Eunomia. EV. noui genus, nunc quid uis? LY. id uolo
 Noscere, te filiã ex te tu habes. EV. immo ecclã domi.
 LY. iam tu despondisti opinor meo auonculo. EV. Oẽm rẽ tenes.
 LY. Is me nunc renuntiare repudium iussit tibi.
 EV. Repudiũ, rebus paratis, atq; exornatis nuptiis?
 Vt illum dii immortales oĩnes quantũ est perdiunt,
 Quẽ propter hodie auri tantum perdidisti infelix miser.
 LY. Bono animo es, bene dice, nũc quã res tibi gnata tuã
 Bene, foeliciterq; uortat, ita dii faxint, inquito.
 EV. Ita dii faciãt. LY. Et mihi ita dii faciant, audĩ nunc iam.
 Qui homo culpã admisit in se, nullus est tam parui pretii
 Quin pudeat, quin purget sese, nunc te obtestor Euclio,
 Vt qd' ego erga te imprudens peccaui, aut gnata tuã,
 Mihi ignoscas, eamq; uxorem mihi des, ut lex iubet.
 Ego me iniuriam filiã fecisse fateor tuã,
 Ceteris uigiliis per uinũ, atq; impulsu adolescentiã.
 EV. Hei mihi quod facinus ex te ego audio. LY. curre i uise
 Quem ego qd' auom feci, iam ut effes filiã nuptiis.
 Nam tua gnata peperit decumo mense post, numerũ cape
 Eo repudiũ remisit auonculus causa mea.
 Intro exquire, sit ne ita ut ego prãdico. DV. perĩ oppido
 Ita mihi ad malũ malã res plurimã se adglutinant.
 Ibo intro, ut quid huius sit rei sciam. LY. iam te sequor.

Hæc propemodũ iam in uado salutis res esse uideſ.

Nunc ſeruũ eſſe ubi dicã meũ Strophilũ, non reperio,

Niſretiam hic operiar tamen pauliſper, poſtea

Intro hunc ſubſequar. interim ſpaciũ, ei dabo exqrẽdi meum

Factum ex gnata pediſſe qua nutrice, an uerum norit.

STROPHILVS. LYCONIDES. MEGADORVS. EVNOMIA.

I immortales, qbus & quantis me donatis gaudiis.

d. : Quadrilibrẽ aulã auro onuſtã habeo, qſ eſt me diuitior:

Quis me Athẽis nũc magis ẽ qſquã hõ cui di ſint ppitiũ:

LY. Certo eũ ego uocem hic loquẽtis modo me audire uiſus ſum.

ST. Herũ ego ne aspicio meũ: LY. uideon Strophilũ ſeruũ meum:

ST. Ipſuſt. LY. haud aliuſt. ST. ęgrediar. LY. ętollã gradũ, credo ego

Illũ (ut iuſſi) eãſſe anũ adiſſe, huius nutrice uirginis.

ST. Quin ego illi me inueniſſe dico hæc prædã, atq; eloqr.

Igitur orabo ut manu me mittat, ibo atq; eloquar,

Repperi. LY. qd repperiſti: ST nõ quod pueri clamitant,

In faba ſe reperiſſe. LY. iam ne autem ut ſoles ludis:

ST. Herẽ mane, eloqr, iam auſculta. LY. Age ergo loqrẽ. ST. repperi

Hodie here diuitias nĩmias. LY. Vbi nã: ST. quadrilibrẽ inquam

Aulam auri plenã. LY. qd ego facinus audio ex te: ST. huic ſeni

Euclioni ſubripui. LY. ubi nã id eſt aurũ: ST. in arca apd me nũc,

Volo emitti manu me. LY. ego ne te emittam manu

Sclerũ cumulatiffime: ST. abĩ here, ſcio quã tu rem geras,

Lepide hercle animum tentaui tuum, iam etipere apparabas te.

AVLYLARIA

Quid faceres, si reperissem? LY. Nō potes nugas p̄basse.

I, redde aurū. ST. reddā ego aurū? LY. redde inquit,

ut huic reddas. ST. Ah,

Vnde? LY. qđ modo fassus es esse in arca. ST. soleo hercle ego nugas

Garrere. ita loquor. LY. At scin quomodo? ST. uel hercle eneca.

Seqtur Au-
lulariæ finis
a Codro ur-
ceo editus,

Nunq̄ hinc ferēs a me quod nō habeo. LY. feram

Velis nolis, cum te quadrupedem strinxero,

Et herniosos testes ad trabem tibi

Diuellam appenso, sed cur in fauces moror

Huius scelesti ruere? & animam protinus

Cur non cōpello facere iter præposterum?

Das, an nō? ST. dabo. LY. des ut nunc, non olim uolo.

ST. Do iam, sed me animā recipere sinas, te rogo.

Ah ah quid ut dem poscis here. LY. Nescis scelus?

Et aulam auri plenam quadrilibem mihi

Audes negare, quam dixi modo

Te arripuisse? heia iam ubi sunt lorarii?

ST. Here audi pauca. LY. Non audio, lorarii

Heus heus. ST. Quid est? LY. Parari catheras uolo.

ST. Audi quæso, post me ligari iusseris

Quantūlibet. LY. Audio, sed rem expedias ocys.

ST. Si me torqueri iusseris ad necem, uide

Consequare primū serui exitium habes,

Deinde quod concupiscis, ferre non potes.

PLAVTINA.

At si tu dulcis libertatis præmio
Dudum captaffes, iam dudū uotis fores
Votis potitus, omnes natura parit liberos,
Et omnes libertati natura student.
Omni malo, omni exitio peior seruitus.
Et quem Iuppiter odit, seruum hunc primum facit.
LY. Non stulte loqueris. ST. Audi reliqua nunc iam,
Tenaces nimium dominos nostra ætas tulit,
Quos Harpagonas, Harpyias & Tantalos
Vocare soleo, in opibus magnis pauperes,
Et sitibundos in medio Oceani gurgite.
Nullæ illis satis diuitiæ sunt, non Midæ,
Non Cræsi, non omnis Persarum copia
Explere illorum tartaream ingluuiem potest.
Inique domini seruis utuntur suis,
Et serui inique dominis nunc parent suis.
Sic fit neutrobi, quod fieri iustum foret.
Penum, popinas, cellas promptuarias
Occludunt mille clauibus parci senes,
Quæ uix legitimis concedi natis uolunt.
Serui furaces, uersipelles, callidi
Occlusa mille clauibus sibi referant,
Furtimq; raptant, consumunt, liguriunt,
Centena nunq; furta dicturi cruce.

AVLVLARIA

Sic seruitutem ulciscuntur serui mali

Rifu iocisq;. Sic ergo concludo, quod

Seruos fideles liberalitas facit.

LY. Recte quidem tu, sed non paucis ut mihi

Pollicitus, uerum si te facio liberum,

Reddes quod cupio. ST. reddam, sed testes uolo

Adsint, ignosces here, parum credo tibi.

LY. Ut lubet, adsint uel centum, iam nil moror.

ST. Megadore, & tu Eunomia adeste precor, si libet.

Exite perfecta re mox redibitis.

MEGADOLVS ET EVNOMIA EXEVNT.

Vi nos uocat: hem Lyconide. EV. hé Strophile qd est:

q Loquimini. LY. Breue é. ME. qd est: ST. uos testes uoco,

Si quadrilibrem aulam auri plenam huc affero,

Et trado Lyconidæ, Lyconides me manu

Mittit, iubet iuris esse me mei,

Ita ne spondes: LY. spondeo. ST. iam ne audistis hoc

Quod dixit: ME. audiuimus. ST. iura etiã per Iouem.

LY. Hem quo redactus sum alieno malo,

Nimis procax es, quid lubet faciam tamen.

ST. Heus tu, nostra ætas non multum fidei gerit.

Tabulæ notantur, adsunt testes duodecim,

Tempus, locumq; scribit æstuaris.

Tamen inuenitur rhetor qui factum neget.

PLAVTINA.

LY. Sed me cito expedi sis. ST. hem filicem tibi.

LY. Si te ego sciens fallam, ita me eiiciat diespiter

Bonis, salua urbe & arce, ut ego hunc lapidem. fatin

Iam feci tibi: ST. fatis, ut ego aurum apportem, eo.

LY. I pegaseo gradu, & uorans uiam redi.

LYCONIDES. STROPHI. MEGADO. EVNO. EVCLIO

Raue est homini pudenti morologus nimis

g Seruus, qui sapere plus uult hero suo,

Abeat hic Strophilus in malam liber crucem,

Modo mihi apportet aulam auro puro grauem,

Vt Euclionem socerum ex luctu retraham

Ad hilaritatem, & mihi conciliem filiam,

Ex compressu meo nouam puerperam.

Sed ecce redit onustus Strophilus, ut reor.

Aulam apportat, & certe est aula quam gerit.

ST. Lyconide apporto inuentum promissum tibi,

Aulam auri quadrilibrem, num uerus fui:

LY. Nempe, o dii immortales qd uideo, aut quid habeor

Plus sexcentos philippeos ter & quater.

Sed euocemus Euclionem protinus.

O Euclio Euclio. ME. Euclio Euclio. EV. quid est:

LY. Descende ad nos, nam dii te seruatum uolunt.

Habemus aulam. EV. Habetis ne: an me luditis:

LY. Habemus inquam, modo si potes huc aduola.

AVLVLARIA

EV. O magne Iuppiter, o Lar familiaris, &

Regina Iuno, & noster thesaurarie

Alcide, tandem miserati miserum senem.

Oh oh quam lætis aula tibi amicus senex

Complector ulnis, & te dulci capio osculo,

Expleri nequeo mille uel complexibus.

O spes, o cor, luctum depulcerans meum.

LY. Auro carere semper duxi pessimum,

Et pueris, & uiris, & senibus omnibus.

Pueros proflare cogit indigentia,

Viros furari, mendicariet ipsos senes.

At multo peius est, ut uideo nunc supra,

Quam quod necesse est, nobis auro opulescere.

Heu quantas passus est erumnas Eucdio,

Ob aulam pauloante a se deperditam.

EV. Cui meritas referam grates: an dñs: qui bonos

Respectant homines, an amicis rectis uiris:

An utriusque: utriusque potius, & primū tibi

Lyconide, principium & auctor tanti boni.

Hacego te aula auri condono, accipias libens,

Tuam hanc esse uolo, & filiam meam simul

Præsentem Megadoro, & sorore eius proba

Eunomia. **LY.** Et habetur, & refertur gratia,

Vt meritus es, focer exoptatus mihi Eucdio.

PLAVTINA.

Idei censebam maximam multo fidem

f Esse, ea subleuit os mihi penusissime.

Nisi subuenisset coruus, periissem miser.

Nimis hercle ego illum coruum ad me ueniat uelim.

Qui indicium fecit, ut ego aliquid illi boni

Dicam. nam quo dedim tam diu quã perduist.

Nunc hoc ubi abstrudam, cogito solum locum.

Syluani lucus extra murum est auius

Crebro salictio oppletus, ibi sumam locum.

Certum est syluano potius credam, quam fidei.

Fuge, fuge, Di me salutũ & seruatũ uolunt.

ST. Iam ego illuc præcurrã, atque inscendã aliquã in arborem,

Indeq; obseruabo hoc aurũ ubi abstrudat fenex.

Quanquã hic manere herus me sese iusserat,

Certũ est malã rem potius quæram cum lucro.

LYCONIDES ADOLESCENS. EVNOMIA
MATER. PHAEDRA VIRGO.

Ixi tibi mater, iuxta rem mecum tenes

d Super Euclionis filia. nunc te obsecro,

Fac mentionem cum auonculo mater mea,

Resecroq; mater quod dudum obsecraueram.

EV. Scis tute facta uelle me quæ tu uelis, quæ

Et istuc cõfido a fratre me impetrassere.

Et causa iusta est siquidem ita est ut predicas,

AVLVLARIA

Te eam cōpressisse uinolentum uirginem.

LY. Ego ne ut te aduersum mentiar mater mea.

PH. Perii mea nutrix, obsecro te, uterus dolet,

Iuno Lucina tuam fidem. LY. hem mater mea,

Tibi rem potiozem uideo, clamat, parturit.

EV. I hac intro mecū gnate mi ad fratrem meum,

Vt istuc quod me oras nunc efficiam, tibi

Spero impetratū, quicquid uis ab eo auferam.

LY. Iam iam sequor te mater, sed seruum meum

Strophilum, miror ubi sit, quem ego me iusseram.

Illic operiri, nunc ego mecum cogito,

Si mihi dat operam, me illi irasci iniurium est.

Ibo intro, ubi de capite meo sunt comitia.

STROPHILVS.

Ici diuitiis qui aureos montes colunt

P Ego solus supero, nam istos reges ceteros

Nolo cōmemorare, hominū mendicabula.

Ego sum ille rex Philippus, o lepidum diem.

Nam ut dudum hinc abii, multo illuc adueni prior,

Multoq; prius me collocaui in arborem,

Indeq; expectabam ubi aurum abstrudebat senex.

Ubi ille abiit, ego me duco deorsum de arbore.

Exfodio aulam auri plenam, inde ex eo loco

Video recipere se senem, ille me non uidet,

PLAVTINA.

EV. Relatam mihi sat's putabo gratiam,

Si donum nostrum, & me ipsum accipias nūc libens.

LY. Accipio, & Euclionis uolo mea sit domus.

ST. Quid restat here nūc, memento ut sim liber

LY. Recte monuisti, esto merito liber tuo,

O Strophile, & turbatam iam intus cœnam para.

ST. Spectatores naturam auarus Euclio

Mutauit, liberalis subito factus est.

Sic liberalitate utimini uos quoque,

Et si fabula perplacuit, clare plaudite.


τελος.

Lipsiæ, apud Melchiorem Lottherum Anno dñi
Millesimo quingentesimo uigesimo primo.

REVISED

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.



Konservacja dokonana w r. 1963
przez Piotra Karowskiego
Inteligent Biblioteki Miejskiej



B. 506-

510